

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Cogitacio c  
cum fonte primo

Ad peccatum quod opere perpetratur  
nequaquam peruenies, si in tentibus uiciorum  
statim in mente iugulabis  
et paruulos Babylonis allides ad petram  
in qua serpentis uestigia non reperiuntur  
et caute Domino promittes:  
Si mei non fuerint dominati  
et cetera.

Ibidem (Ieronymus in epistola ad  
Demetriadem).

qui uersiculus hunc habet sensum:  
si in cogitationes tuas coluber ascenderit,  
omni custodia serua cor tuum  
et cum Dauid canito:  
ab occultis meis munda me, domine,  
et ab alienis parce seruo tuo, et  
ad peccatum maximum, quod opere perpetratur,  
nequaquam peruenies, sed in tentibus uitiorum  
statim in mente iugulabis  
et paruulos Babylonios allides ad petram,  
in qua serpentis uestigia non reperiuntur,  
cauteque domino promittis:  
si mei non fuerint dominati,  
tunc immaculatus ero et emundabor a  
delicto maximo (Psa. 19:14).

Hieronymus Stridonensis, *Epistulae*, 130.8.5  
(CSEL 56, I. Hilberg ed., p.188, ll.3-13).